

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

Concilivm Romanvm Pro Expeditione In Terram Sanctam suscipienda
indictum anno Domini MCCXXXIV. sub Gregorio IX. papa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

Locus cor-
ruptus.

contentus iniuria, qua mercede recompensans, in qua patris irrumpit solium, matris exponere pudicitiam, & vendicare sanctuarium indeuotus intentat, astutus ad hæc in ipsa armatur insidiis, prælatis nuper vocatis a nobis accessum suis terroribus interdicens, vt nullius expers calumnia, illam quam grauibus infestat molestiis, nec in filiorum patiatur solatio respirare. Cum igitur tam sanctum generalis utilitatis propositum sub fiducia diuini fauoris assumptum humanis non debeat versutiis retardari, fraternalitatem vestram rogamus, monentes attente per apostolica scripta, & districte præcipiendo mandantes, vt Deum præferens homini, & difficultatibus omnibus ob meritum fidei anteponens, in supradicto termino ad se dem apostolicam accedere non omittas: vt mater filiorum roborata præsentia, hostis aduersantis obstaculo prudenter diuina sublato, piæ intentionis exordium felici consummatione concludat. Nos enim super omnibus quæ ad tantum negotium expedient, annuente Domino, prouidere curabimus, prout tibi ex parte nostra plenius exponetur. Datum Laterani, Idibus Octobris, pontificatus nostri anno decimoquarto.

CONCILIVM ROMANVM
PRO EXPEDITIONE IN TERRAM SANCTAM
suscipienda indictum anno Domini mcccxxxiv. sub
Gregorio IX. papa.

N O T A.

* *Concilium.*] Bzouius auctoritate epistolarum a Gregorio IX. scriptarum acta huius Concilii summatim enarrat his verbis: *Eodem anno Gregorius pontifex recuperationi terra sanctæ intentus Concilium Romæ celebrauit. Intererant cum imperatore Friderico & archiepiscopis atque episcopis, patriarche Constantopolitanus, Antiochenus & Hierosolymitanus. Ex omnium iudicio decreta est expeditio generalis ad subueniendum rebus Syriacis. Huic sacro negotio prepositus fuit Theodorus archiepiscopus Rauennas, cum potestate legati de latere: quem ut omnes debito honore prosequerentur, & in rebus agendis illi obtinerarent, ex sententia Concilii Gregorius omnibus archiepiscopis & episcopis in regno Hierosolymano scripsit Spoleti sexto Augusti: Fridericus autem imperator uniuersis baronibus, militibus & populo idem præcepit, datis Reate literis anno dominice incarnationis 1234. mense Augusto, indictione septima. Concessit tunc Gregorius Theodoro & subiunctis illis*

GREGORIVS C. LONDONIENSE. FRIDERICVS II. IMP.
P. IX. HENRICVS III. R. ANGLIAE. 343

ANNO CHRISTI
1134. episcopis, ut omnis pena peccatis debita remissionem iis auctoritate pontificia indulgerent qui in Hierosolymitanam expeditionem aut ipsi exirent, aut pecuniam militesve submitterent. In iunctisque episcopis, ut Crux insignire eos possent qui in eo sacro bello militatui accederent. Ad hanc renouauit execrationem Concilii Lateranensis in eos qui ad Saracenos ferrum efferrent, datis literis Theodoricu archiepiscopo sexto Idus Nouembrii Perusii, quo se Gregorius contulerat, ut exules compesceret.

ANNO CHRISTI
1137. CONCILIVM LONDONIENSE

AVCTORITATE OTTONIS LEGATI SEDIS apostolicae pro reformanda ecclesia Anglicana celebratum anno Domini MCCXXXVII. tempore Gregorii papae IX.

TITVL CI CAPITVLORVM.

- I. De ecclesiarum dedicatione.
- II. De sacramentis ecclesiasticis.
- III. De baptismo.
- IV. De arcenda auaritia sacerdotum.
- V. Qui confessores constituendi.
- VI. De qualitate ordinandorum.
- VII. De firmariis & vicariis ecclesiis.
- VIII. Qualiter ecclesie ad firmam danda.
- IX. De eodem.
- X. Qui vicarii ordinandi.
- XI. Ne leuiter ecclesia absensis alteri conferatur.
- XII. Ne ecclesia una in plures vicarias diuidatur.
- XIII. De residentia in ecclesiis facienda.
- XIV. De habitu clericorum.
- XV. Contra rectores ecclesiarum clandestina matrimonia contrahentes.
- XVI. De clericis concubinariis.
- XVII. De his qui patribus succedunt in ecclesiasticis beneficiis.
- XVIII. Contra latronum protectores.
- XIX. De eſu carnium monachorū.
- XX. De officio archidiaconorum.
- XXI. Ne quid exigatur pro pace reformanda.
- XXII. De officio episcoporum.
- XXIII. Contra iudices imperitos.
- XXIV. De iufurando calumnia.
- XXV. De procuratoribus constitutis.
- XXVI. Quomodo fieri debeant citationes.
- XXVII. Ne quis sigillum suum apponat literis quarum confictioni non interfuerit.
- XXVIII. Qui debeant habere sigilla authentica.
- XXIX. Iuramentum ab adiutorio praestandum.
- XXX. De actis scribendis.
- XXXI. De cautione prestanda.

P R A E F A T I O.

Q VONIAM domum Domini decet sanctitudo & ministros eius, a Domino enim dicitur: Sancti estote, quoniam sanctus sum ego Dominus Deus vester, satagit astutia hu-

terem. 3.